ſplenes obduratos quidem ſatis iuuat cũ aceto uel uino, radicibus, uel ramulis, uel folijs decoctis. Fructus autem & cortex non aſperam acerbitatem aſſumpſit quod habeat abſtergens, & partium quiddam tenuium, at exuſtæ myricæ cinis areſaciendi potentiæ eſt, Hæc à noſtris tamariſcus.

μυρσίνη
Dioſ. li. 1. ca. 129.
Aſtringendi uis & myrto, & ſemini eſt.

Myrine, uel myrſine, myrtus, hæc quoq; ſtirps ex contrarijs eſt eſſentijs. Dominatur autem in ipſa ſimiliter terreſtre frigidũ, Habet autem quiddam etiam tenuiũ partium frigidum, unde ualide areſacit, & exiccandi potentię eſt, in omnibus ſtirpis partibus extrinſecus ſi corpori appoſita ſit & intus aſſumpta.

Arabes Harmel
μῶλυ

Moly, uel agreſtis ruta, quidam harmalam, Syri biſaſam, Capadoces moly dixere, uis ipſius tenuium eſt partium & calida in tertia diſtantia, unde & ſecat, & diſtrahit craſſos & tenaces humores, & urinam aduertit. Vtuntur autem eo agreſtes in capitis doloribus, coquentes in aqua, & caput aſpergentes, ſimiliter etiam ubi corporis partem aliquam refrigerant.

Menta · i edyosmo · Maiorana Amaracus.
Myrrha i smyrna · Mumia · vide infra in suppl.
Melissa i melissophyllo · Mana in supplemento.

De eis quæ ab N incipiunt.

NArdoſtachys, nardi ſpica, calefacit quidem in prima diſtantia, arefacit autem in ſecunda completa, conſtat autem ex acerbeſcente aliquantum eſſentia & acuta non ad modum calida, & quodam ſubamaro breui, unde congruit admodum, tum iecori, tum ſtomacho pota, & extrinſecus appoſita, & urinam mouet, morſus ac uellicationes dimouet & curat ſtomachi, arefacit quoq; in uentre & inteſtinis fluctuationes. Praeterea confert & capiti & thoraci, Validior autem eſt Indica, quæ Syriaca nigrior eſt. Dioſ. li. 3. cap. 6.

Nardus celtica propemodum eiuſdem potentiæ eſt, quę etiã memorata, niſi quod in cunctis imbecillior, niſi ad mouendam urinam, calidior ſiquidem alijs, minus uero acerbeſcit. νάρδος κελτική

Nux pontica, quę & auellana, frigidior iuglande, & auſterior utpote terreſtrior, in cęteris à iuglande fere non differt, manſa dolorem capiti inuehit.

Napi ſemen uenerem ſuſcitat, ſpiritus gignendo inflantes. Radix difficulter concoquibilis & inflans eſt ſemẽ gignẽs, ſuccũ aũt prębet corpori ut craſſeſcat, & perinde ſi quis plurimum ueſcatur napo, pręſertim cum ſit opus in aluo concoquere crudum

humorem congregabit. Quod ſi crudior in coquendo fuerit, difficilis concoctu napus & inflans, et ſtomacho malus, aliquando etiam uentrem lancinat. Melior ſi bene coquatur, opus ergo coctura ipſius, ad ſeceſſum uentris neq; cõfert, neq; aduerſatur

νάρθηξ Narthex ferula, huius ſemen attenuat et calefacit, quod ipſius autem intimum acerbeſcentis cuiuſdam qualitatis eſt, quæ hæmoptoicis & cœliacis congruit.

Ariſtophanis interpres Napu ſemen eſſe admonet unde fiat ſinapi. [illegible] Napy. Sinapi calefacit & arefacit iuxta quartam diſtantiam.

νάρκισσος Narciſſus, huius radix arefacientis eſt poteſtatis eo uſq;, ut magna glutinet uulnera, habet autem quiddam etiam abſtergens & reuellens.

νήριον Vocatur ap. Avicennam oleander. Nirium, uel rhodo daphne uirgultum omnibus notum, arbuſtumq;, ſi extrorſus corpori apponatur, diſtrahendi potentiæ eſt. Introrſus autem aſſumptum pernicioſum, & perinde lethale nõ hominibus modo, ſed etiam plurimis pecoribus.

Nenufar ſeu nilofar νυμφαία. Dioſ. li. 3. cap. 140. Nymphæa, huius radix & ſemen uim citra uellicationem habet arefaciendi. Inhibet carnis fluxus & ſemen, aduerſatur ſomniorum interpellationibus, & in moderatis alijs talibus, iuuat torminoſos. Quæ autem nymphæa albam radicem habet, uehementi[illegible]

[illegible]

uehementis eſt poteſtatis, ut fluxui medeatur muliebri. Potatur hæc, & quæ atram radicem habet in uino nigro auſtero, & particeps eſt abſtergendi potentiæ, & perinde aqua madefactæ medentur uitiliginibus, & alopecijs cum humida pice. Ad hæc autem melior nigram radicẽ habens, in cæteris quæ albam.

De incipientibus ab O.

OLiua, oliuæ termites tantum frigiditatis obtinent, quantum etiam acerbitatis, at fructus bacca inquã ipſa ualde matura, mediocriter calida, præmatura uero acerbeſcẽs eſt & frigidior, & drypetes quidem oliuæ pinguem habent ſuccum, nutrimentum corpori exiguum præbent. Quę uero colymbades & halmades nominantur, acerbeſcentem habent ſuccũ roborantq́ ſtomachum, appetitumq́ exacuunt. Cõmodiſſimæ autem ad hoc, quæ cum aceto apponuntur, id nanq́ ad concoctionem melius.

Oleũ ex oliuæ bacca expreſſum, quod dominantiſſimum uocitant, humectoriũ, & mediocriter calidum eſt. Eſt autem eiuſmodi dulce quod ex drypete, ita enim uo-

ἔλαιον Pli lib. 15. cap. 4.